



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistola Pastoralis Illustrissimi Ac Reverendissimi Domini
D. Humberti Guilielmi A Præcipiano, Archiepiscopi
Mechliniensis**

**Precipiano, Humbert Guillaume de
Lovanii, [1692]**

Widmung

urn:nbn:de:hbz:466:1-39186



MARTINUS STEJARTIUS Vicarius Generalis Apostolicus Diœcesis Silvaducensis, & Majoris Collegii Theologorum Lovanii Præses, Clero & studiosæ Juventuti ejusdem respectivè Diœcesis ac Collegii, Salutem in Domino.

Zelus quem in Illustrissimo & Reverendissimo Domino Archi-episcopo nostro, ore Apostolico laudatum videmus; qui que prouide zelus esse noscitur secundum scientiam, cum ali- ser laudari minimè mereretur; hic, inquam, zelus in Epistola Pastorali zelosi istius Antistitis doctissimè juxta ac gravissimè nec non eloquentissimè expressus, laudem à Nobis aliam non requirit, sed imitationem. Hanc igitur Epistolam tam revera Pastoralem, tam his temporibus utilē, sicut Illustrissimus ejus Author pro suorum utilitate in sua Archi-diœcesi publi- cavit; ita & eandem in Capita titulosque distinctam ad utilitatem vestram denuò publicandam duxi: non tam ut è vobis eliminentur mala, quæ illâ tam sapienter fortiterque profli- gantur (vix siquidem Vos ista, laus Superis, attigerunt) quam ut eadem ad vos numquam irrumptant, neque aliquando do-ctrinis istis novis & peregrinis vos sinatis abduci. Ad hoc Pa- ter luminum custodiat corda vestra & intelligentias vestras, ut ex animo appreco, Lovaniæ Collegio Nostro Majori XL Kalend. Novembris 1692.